



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclvsio XVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN  
gaudiū & securitatē in luce dei, in inferno uero contra, seruire;  
desperationē, dolorē, & horribilē fugā in tenebris exterioribus

Purgatoriū uero sit medium inter utrumq; sic tamē ut propria  
ns sit inferno q̄ cōelo (quia nō habent gaudium & pacem, imo  
nihil de cōelo participant, cū ponatur esse eadem pœna cū infer-  
no, sola durationē differeinte) satis patet, quod & in ipso sit des-  
peratio, fuga, horror, & dolor. Sed addidi prope desperationē  
dicens, quia tandem cessat illa desperatio. Alioquin reuera, dū est  
in illo anima non sentit, nisi desperationē, non qd desperet, sed  
quod in tanta est perturbatione, & cōfusionē paucoris, ut nō sen-  
tiat sese sperare. Solus spiritus adiuuat ibi q̄ maxime infirmitatē  
eorum in gemitibus inenarrabilibus pro eis interpellās. Sicēm  
fit & tentatis in hac uita, ut nesciat an sperent uel desperent, imo  
sibi desperare uidentur, solo superstite gemitu pro auxilio. Ex  
quo signo nō ipsi, sed alij intelligūt eos adhuc sperare. Sed omit  
to uerbosius de ea re loqui, quæ est abstrusissima, ne & mihi obij  
ciant ueniales quæstores, quod sine probatione loquar, quanq;  
non ut illi, astro, quæ ignoro, sed dispuo & quæro, & eorum  
præsumptam certitudinem, dubiā, immo nullam esse cōtendo

CONCLVSIONE XVII.

Necessarium uidetur, animabus in purgatorio, sicut mi-  
nui horrorem, ita & augeri charitatem.

ET hæc nititur præcedentibus tribus conclusionib; Sed ta-  
men declaremus eam, & ponamus (sicut cœpimus) animar; de-  
cedentium tria genera. Primū earum, quæ sunt fide omnino  
uacuæ (id est, damnatae) has necesse est in morte excipi summo  
horrore & desperatione, iuxta illud, Virum iniustum mala capi-  
ent in interitu. Et iterum, Mors peccatorū pessima scilicet, quia  
non habent fiduciam in deo, ideo comprehendit eos ira. Secū-  
dūm, earum quæ sunt fidei omnino plenæ atq; perfectæ (id est,  
Beatae) hos necesse est in morte excipi summa securitate & læti-  
tia, iuxta illud, Iustus cum ceciderit, nō collidetur, dominus em̄  
supponit manū suam. Et iterum. Preciosa in conspectu domini  
mors sanctorū eius. Et iterum, Iustus si morte præoccupatus fue-  
rit, in refrigerio erit. Et causa utriusq; est, quia iniustus inuenit qd  
timuit, timuit autem semper mortem & pœnā, Iustus autem satur hu-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

ius uitæ, maxime cupiuit dissolui, ideo defideriū eius tributum est ei. Ille non dimidiavit dies suos, iste ultra perfectū prolongavit incolatū suū. ideo quod ille horret, iste quaerit, diuersissimo studio affecti, quod illi summus horror est, huic est summū lucrum & gaudiū. Tertiū earū, quæ sunt fide imperfectæ, & hæ uarie differentes inter plenam & nullam fidem. Credo autem non negari ab ullo, quasdam animas imperfectæ fidei decedentes, sed tamen infra id suadebimus latius. Igitur cum imperfectio fidei sit nihil aliud, nisi imperfecta nouitas uitæ in spiritu, & adhuc reliquum de uetusitate carnis & Adæ (si enim esset perfecta, nō timeret pœnam, nec inuite moreretur, aut cum affectu terreno huius uitæ migraret) clarum uidetur, animabus necessarium esse, non solum tollere pœnas, sed etiam addere perfectiōnem nouitatis, & tollere residuum uetusatis (id est, amorem uitæ, & timorem mortis atq; iudicij) Nam quantumcunq; tollere tur pœna (si esset possibile) non per hanc oblationem esset sanata, sicut nec in ista uita per oblationē pœnarū solā aliquis melior fit sed per additionē gratię, & remotionē peccati. quare & illis primo peccatū auferendū est (id est, imperfectio fidei, spei, charitatis.)

Secūdo. Nulla pœna uincitur fuga aut timore. Verum est enim prouerbiū, qui timet infernū, descendet in eum, imo qui timet pruinā, cadet super eum nix. Iob vi. id est, plus cadet super eum, q; timuit. Omnis pœna timore sui augetur & roboratur, sicut amore minuitur & infirmatur. Vincitur autē pœna amore, & amplexu sui. deinde nulla pœna est molesta, dum fuerit facta, ideo amanti pœnas & mortem non sunt molestæ, sed dulces, quia per amorem & spiritum uictæ. Sunt autē molestæ timenti, quia per timorem & literam ei dominantur. Si ergo purgatoriū affigit animas, & molestus est eis paor, euidentis est, eis desesse amorē & spiritum libertatis, & adesse literā ac timorē. atq; hūc defectum amoris, uoco imperfectā sanitatem spiritus, cum autem sine perfecta sanitate nullus cœlum intrabit, tandem condudo, necessarium illis esse, augeri charitatem, & sanitatem, sicut minui horrorem. Si quis ista negauerit, neq; crediderit, contenditurq; animas esse ibi perfectas in uita spiritus, solumq; debita præterita pœnarū luere. Respondeo primū, probent & ipsi suā sententiā, quam & ego nego, & certus sum, quod uel nullis

D iii

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN  
uel infirmioribus rationibus sua probabūt. Secundo age. Quē  
to an negent triplex illud supra positum animarū genus decedē-  
tium, si admittunt tertiu quoq; genus, Respondeant ad prædi-  
cta, quomodo auferatur pusillanimitas, spiritus & timor, quan-  
do perfectus homo, sicut pater eius, deus nihil timet, omnia po-  
test, omnia suffert, in omnibus gaudet ac delectatur. Si non ad-  
mittunt, sed in morte perfici fidem arbitrantur, ac sic solūmodo  
peccatæ soluendæ restent, & hoc totum sit purgatoriū, ratio scili-  
cet debitarū pœnarum. Tum præter id quod iam fortissimū &  
insolubile produxi argumentū uidelicet, quod nulla scriptura,  
nulla ratione suam sententiā possint probare, tamen adhuc uia  
suasoria procedā. Sic em & illi opinatores & postillatores faciūt

Primo. Ad quid deus uult puniri perfectos in spiritu? ad satis-  
factionem: Contra. Super omnem satisfactionem est charitatis  
satisfactione. neq; enim deus ipse etiam per pœnas quicquā aliud  
requirit, quam ut perficiatur charitas. Charitas enim (nisi Apo-  
stolus mentitur) operit multitudinem peccatorum. At illos iam  
esse perfectæ charitatis positum fuit.

Secundo. Deo maxime satissit per uoluntatem, ubi non inue-  
nit facultatem, ut cum Beato Augustino sentit tota ecclesia. At  
illi si sunt perfectæ charitatis, talem habent uoluntatem necessa-  
rio, & tamen facultatem non habent defectu uitæ. quare neces-  
sario sola uoluntate abunde satissaciunt.

Tertio. Perfecti tales omnia reddunt deo, quæcumq; debent,  
quia nihil amplius debent, q; ut se totos ipsos cum intima uo-  
luntate offereant. deus enim ab homine nihil requirit amplius,  
q; ipsum totum, sicut dicitur, Præbe fili cor tuum mihi. immo  
per pœnas cogit hominem ad id, ut se totum offerat, quomo-  
do ergo eo facto pœccatæ manent, ad quid cogunt?

Quarto. Finge animam in morte perfectæ fidei & charitatis,  
quæ adhuc forte debeat viij. dies ieunare, aut aliam Canonicā  
pœnam implere. Hic ergo deus tam crudelis est, ut animā quæ  
summa charitate ad eum sitit, eumq; super omnia uehemētissime  
diligit, quæ proximo suo omnia plenissime ignouit, & sibi oīa  
ignosci uehementissime cupiuit, cui propter hæc etiam debita  
fuit apud deum & hoīes ignoscētia (talis est enim anima, quæ  
sana charitate moritur) hic inquā deus nō remittit septem illos

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

dies propter suminā in eum & proximū charitatem & humili-  
tatem, quæ sunt summæ oīm eleemosynarū, qui tamen in euā  
gelio dicit, omnia remitti, & munda esse ijs, qui dant non de  
corde, sed de ijs quæ superfluunt, eleemosynas, & seruo solum  
roganti & nihil facienti, nisi promittenti, omne debitū dimisit  
etiam promissione data libera. Nec saltē intuetur deus in hac re,  
quod tam facilis est uiuentibus, sineq; mortis periculo talia con-  
cedere, morituris uero, & summo iā periculo pressis, tam diffi-  
cilis est ad remittendū tam parua, tam magnę charitati: quis cre-  
det: aut quibus id uījs suadebunt: aut ergo desinat sua tam con-  
fidenter prēdicare, aut melius roborent, & ista dissoluāt. Nos in  
terim sentiemus, animas in purgatorio non propter solam pōe-  
nā, immo propter defectū charitatis laborare in pōna, quia hic  
noluerunt laborare ad perfectionē, aut si perfecte sunt omnibus  
pōenis amore triumphatis, liberas esse. Nec enim sic de dei boni  
tate sapio, qd intuitu perfectæ & eternæ charitatis non remittat  
quibusdā pōenā temporis brevissimi, qui propter modicā chari-  
tam, oībus passim remittit æternā, & qui saepius in uita igno-  
uit omnes, pōenas pro uno opere inceptæ charitatis, nō remit-  
tat unq; in morte aliquas pōnas, pro omni opere cōsummatæ  
charitatis. Verūtamen hēc sunt disputata, quia mirabilis est deus  
in sanctis suis, melius faceremus, si tā dubia relinqueremus, & in  
populū alia certiora doceremus, potens est deus cum illis, nec se-  
cundū hanc, nec secundū illā sententiā agere, non em nostro, sed  
suo iā iudicio subiecti, quia potest & ibi punire gratis, ut often-  
dat gloriam gratiæ suæ, sicut fecit in Job & Paulo. Tñ ultimo &

Quinto suadeo conclusionem. Si purgatoriū tantūmodo est  
pōenarum officina, cur non potius uocatur punitorū, potius q;  
purgatoriū? Ratio enim & uis uocabuli, purgationem aliquā  
importat, quæ intelligi non potest nisi uetus statis & peccati reli-  
eti, quo sunt immundi, qui terrenorū affectu fidei puritatē im-  
pedierunt. Quod si noua (ut sunt ad distinctiones prompti) usū  
æquiuocatione, dixerint esse purgationem hic idem quod solu-  
tionem, ut tum purgatæ dicantur, cū pōenæ fuerint solutæ. Re-  
spondeo, hoc eadem facilitate cōtemnitur, qua probat. Quod  
si & ipsi cōtempserint, uim uocabuli ad purgationē uitiorū ex-  
tendi, esto sane, non cōtendo, id tñ effectū est, utrūq; esse dubiū.

D iiiij

## M. L RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

ideo præpostere alterum illorū tanta certitudine in populos di  
spersum, maxime cum nec ratio noīs illorū sententiæ cōueniat.

Sexto. Et ad hoc ualeat illud Gregorij dist. xxv. c. qualis, ubi nō  
pœnas tantūmodo, sed culpas remitti dicit in futuro, scilicet ue  
niales, ut ibidē exépla ponit. At remissio culpæ nō fit sine græ in  
fusiōe, & horror mortis est sanctis peccatū ueniale, sed nō paruū

## C O N C L V S I O X V I I I .

Nec probatum uidetur ullis aut rationibus, aut scripturis,  
quod sunt extra statum meriti seu augendæ charitatis.

Hoc enim robustissimū est meum aduersus oppositā opinio  
nem argumētum, qd uidelicet sine authoritate docetur. Nostra  
aut certe uel ea nititur authoritate, quod sine addita gratia nul  
lus timor pellitur, quem sola perfecta charitas foras mittit. Hæc  
aut conclusio præuenit argu. eorū qui dicerent contra me, sunt  
extra statū meriti, quare tres præcedentes cōclusiones falsæ. Ego  
aut ut opinando & disputando nihil afferendo, sicut cœpi, pro  
sequar, dico. Si purgatoriū solum est soluendarū pœnarum offi  
cina, & animæ in illo sunt suo affectu (ut ego sentio) iminūdæ,  
nec ab eo uitio purgantur, fieret purgatoriū idem qd infernus,  
quia infernus est, ubi pœna est cū culpa manente. At in anima  
bus purgatoriū est culpa, scilicet timor pœnarū & defectus amo  
ris, cum iustus secundū Esa. viij. nihil debeat timere, nisi solū de  
um, ergo peccant sine intermissione, quādiu horrent pœnas &  
quærunt requié. Quod probo, quia quærunt quæ sua sunt, plus  
q[uod] uoluntatē dei, quod est cōtra charitatem. Quod si amant deū  
amant amore cōcupiscentiæ (id est, uitioso) cum etiā in suis pœ  
nis debeant diligere deū, & glorificare, ac fortiter sustinere. At  
q[uod] inter tot disputationū spineta etiā afferam aliquid, Ego libere  
cōfiteor me, credere, nullam animā redimi de pœnis purgatoriū  
propter suū timorem, donec posito timore, incipiat amare uo  
luntatē dei in tali pœna, & plus dei uoluntatē amet, q[uod] pœnam  
timeat, imo solam dei uoluntatē diligat, pœnā uero uilipendat  
aut in uoluntate dei etiā amet. Quia op̄ ortet ut iustitiam diligat  
anteq[uod] saluetur. At iustitia est deus, qui hanc pœnā operatur. de  
inde illud Christi, Qui non accipit (id est, uolens & amans por  
rat) crucem suam & sequitur me, non est me dignus, at crux ani